

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Amalric, King of Jerusalem. Donation document made out in favour of the 'domui Sancti Lazari, que est juxta muros Jerusalem' dated 4th February 1171. OSML/MA: Ms. fol.5

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

4.ii.1171 Jerusalem	Amalric, king of Jerusalem	Donation of an annual rent of fifty besants specifically for the support of one leper, the money to be transferred to another at the death of the original recipient.
------------------------	-------------------------------	---

*In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, amen.*

*Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego, Amalricus, p[ro] Dei gratiam, in sancta civitate Jerusalem Latinorum rex U, dono, concedo et confirmo domui Sancti Lazari, que est juxta muros Jerusalem, et leprosis in eam degentibus in elemosinam perpetuam, septuaginta duos bisancios singulis annis de redditibus meis ad portam David accipiendos per iiij anni terminus, videlicet: in Pascha Pontini, xviiij; in nativitate beati Johannis Baptiste, xviiij; in festo sancti Michaelis, xviiij; in Nativitate Domini totid[em]. De hiis aurem predictis bisanciis supradicte domui et ejus habitatoribus ideo quinquaginta concedo, ut memoriam mei et omnium parentum meorum unum leprosum per me ibi constitutum usque in sempiternum habeant, ita quod uno mortuo alius in loco ejus semper usque infinitum restituatur; decem vero eis in elemosinam perpetuam dono et confirmo, quos Odo de Sancto Amando eis de assisia pincernasus mei dederat dum eo fungebatur, et xij similiter eis ex predictis bisanciis concedo et confirmo pro una domo quam mihi dederunt in Jerusalem que est sita juxta macellum. Ut autem hec mea donatio supradicte domui Sancti Lazari et eis habitatoribus leprosis quiete in sempiternum deserviat, cartum presentem testibus subscriptis et sigillo meo muniri feci.*

*Factum est hoc anno ab Incarnatione Domini M \* C \* LXX \* I, indictione IIII. Hujus rei testes sunt: Konfredus, constabularius; Rainaldus Sydoniensis; Willelmus, marescallus; Milo, dapifer; Giraldus de pogi; Amalricus de Franki; Anselmus de Brigida; Roardus de Joppe; Barisanus, frater ejus; Johannes de*

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

*Valencinis; dam Niger; Fulco, frater ejus. Datum Jerosolimis, per manum Radulfi, episcopi Bethleem regisque cancellarii, secundo nonas februarii.*